

Zeitschrift: Divus Thomas

Band: 6 (1919)

Artikel: Kommentatoren zur Summa Theologiae des hl. Thomas von Aquin
[Fortsetzung]

Autor: Michelitsch, Anton

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-762543>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 17.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

KOMMENTATOREN ZUR *SUMMA THEOLOGIAE* DES HL. THOMAS VON AQUIN

Gesammelt von Dr. ANTON MICHELITSCH

(Fortsetzung aus IV, 116—152, 463—495; V, 365—380)

293 a *Mezger*, Paul., OSB, v. n. 40.

293 b *Molina*, Ludovicus de, SJ (1536—1600).

1. CONCORDIA liberi arbitrii cum gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione et reprobatione, ad nonnullos primae partis D. Thomae articulos. Doctore Ludovico Molina primario quondam in Eborensi Academia Theologiae professore e societate Iesu autore. Adiecti sunt duo indices, rerum alter, alter eorum scripturae locorum, qui vel ex professo, vel obiter explicantur, eodem autore. Olyssipone. Apud Antonium Riberium typographum regium, MDLXXXVIII. Cum privilegio et facultate superiorum. Expensis Ioannis Hispani et Michaelis de Arenas Bibliopolarum. 4^o (512 pp.). (Dedicatum Cardinali Alberto de Austria, Portugaliae gubernatori.)

2. *Appendix* ad Concordiam liberi arbitrii cum gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione et reprobatione Doctore Ludovico Molina primario quondam in Eborensi Academia theologiae professore e societate Iesu auctore. Olyssipone, apud Emman. de Lyra typographum. MDLXXXIX. Cum facultate Superiorum. 4^o (44 pp.).

, Appendix' hic insertus est p. 789—805 Livini de Meyer (1655—1730), SJ (n. 293), Historiae controversiarum de divinae gratiae auxiliis ... (1705).

Concordia liberi arbitrii cum gratiae donis ... Altera editio. Conchae 1592. Lugduni 1593. Editio tertia. Venet. 1594.

Liberi arbitrii cum gratiae donis, divina praescientia, providentia, praedestinatione et reprobatione, concordia. Altera sui parte auctior: Doctore Ludovico Molina ... e Societate Iesu, auctore. Adiecti indices, rerum alter, alter Scripturae locorum, auctoris opere prioribus accuratiores.

Antverpiae, ex officina typographica Ioachimi Trognaesij, M. D. XCV, 4^o, 405 pp. (Ed. Antv. I.) Graz UB. I 54.545.

Liberi arbitrii . . . Accedit nunc appendix ad hanc concordiam, Iuxta exemplar quod prodiit Antverpiae, ex officina typ. Ioachimi Trognaesii, MDXCV, 4^o, 412 pp. (Index intra p. 412 et 439; index appendicis intra p. 439—460). Ed. II. Antv.

Liberi arbitrii . . . Ven. 1602. — Tertia editio, auctior et emendatior. Antverpiae, ex officina Ioachimi Trognaesii 1609. 4^o (495 pp.). — Antverpiae 1715. — Lipsiae 1722.

Concordia liberi arbitrii cum gratiae . . . altera sui parte auctior, D. Ludovico Molina, e Societate Iesu auctore, adiecti Indices, rerum alter, alter Scripturae locorum auctoris opera prioribus accuratiores; accedit nunc appendix in hanc concordiam. Parisiis, Lethielleux, 1876. 8^o (VIII, (647 pp.). V. 1167, 1168, 1.

In editione operis Molinae ,de iustitia et iure‘, Coloniae 1733, legitur initio (V, 1168):

,Advertendum tamen est, quod in editionibus Conchensi, Lugdunensibus et Venetis (Concordiae), primo loco collocentur commentaria Molinae in I. P. D. Thomae, quibus disputationes nonnullas de praedestinatione inseruit. Ad calcem vero commentariorum adiectae sunt disputationes quaedam ex Concordiae libro excerptae, quae ad hanc primam Partem illustrandam spectare videbantur. Unde fit, ut tota Molinae Concordia in praefatis editionibus non reperiatur, sed in *Ulyssiponensi* tantum et *Antverpiensibus*; quamvis idem disputationum ordo in quavis editione servatus sit. Illud porro *discrimen* est inter editiones Ulyssiponensem et Antverpiensem primam, quod occasione quarumdam difficultatum, quas contra sistema Concordiae proposuerant adversarii, adiecit autor in Antverpiensi dissertationes pauculas, quibus priorem editionem ab aemulorum suorum calumniis egregie vindicat. Praeterea, ut facile deprehendet, quisquis Ulyssiponensem editionem cum Antverpiensi exakte conferet, *praetermissa* sunt quaedam in posteriori illa editione, Antverpiensi scilicet, quae in Ulyssiponensi leguntur; sed nullius omnino momenti: quaedam etiam eadem licet quoad substantiam, paulo explicatius enucleantur‘. V, 1167—1170, 1. Hurter III³, 148—151. Morgott im KL VIII, 1734—1750. Klhl II, 1000 f.

I. Molina recessit a doctrina S. Thomae docentis (S. th. I q. 105 a 5), Deum causas secundas ad agendum movere, ut applicet virtutes earum ad operationem. Eandem *Ferrariensis* doctrinam *commentitiam* vocat Molina. Ita testis est indirectus, s. Thomam et veteres Thomistas, cum quibus recentiores Thomistae consentiunt, docuisse praedeterminationem et praemotionem physicam.

Molina enim in *Concordia*, q. 14 a. 13 disp. 26 (Antv. 1595, p. 110) inquirit: „Concursus Dei generalis an sit influxus in causas, quasi prius eo motae agant, an immediatus cum illis in earum natu-

rales actiones, et effectus.“ Aliis verbis: *Influxus Dei, estne praemotio physica, an concursus simultaneus?*

„Divus Thomas“, ait Molina (*l. c.*), prima parte q 105 art. 5 docet, *Deum dupli ratione dici operari cum causis secundis. In primis, quia virtutes illis tribuit ad operandum, easque actu conservat, ut Durandus dicebat. Deinde, quia ita eas ad agendum movet, ut quodammodo formas et virtutes earum applicet ad operationem: non secus atque artifex securim applicat ad sciendum. Huius vero rei rationem reddit, quoniam semper quando sunt multa agentia inter se ordinata, secundum ita agit virtute primi, ut ab eo ad agendum moveatur.“*

Hanc S. Thomae doctrinam impugnat Molina, duas difficultates in eadem inveniens. Prima: res non indigere illo motu divino. Secunda: *Deum in sententia S. Thomae non concurrere immediate immediactione suppositi ad actiones et effectus causarum secundarum.*

„Duo autem sunt“, pergit Molina, „quae mihi difficultatem pariunt circa doctrinam hanc D. Thomae. *Primum* est, quod non videam, quidnam sit motus ille et applicatio in causis secundis, qua Deus illas ad agendum moveat et applicet: quin potius existimem, ignem sine ulla sui mutatione calorem in aquam sibi admotam inducere.“ Deinde distinguit duo instrumeutorum genera: *quaedam, quae non habent integrum virtutem ad operationem.* „*Atque haec indigent motu et applicatione alterius agentis, ut aliquid efficiant.*“ ... „*Alia vero sunt instrumenta, quae vel habent integrum virtutem ad agendum, ut semen decisum a generante, vel sunt ipsamet integra virtus, ut calor ignis, et caeterae virtutes naturales.* Atque eiusmodi instrumenta, si sint apte coniuncta, non indigent motione et applicatione superaddita a causis principalibus... *Quare ingenue fateor, mihi valde difficilem esse ad intelligendum motionem et applicationem hanc, quam Divus Thomas in causis secundis exigit.*“

„*Ferrariensis* 3. contra Gentes c. 70 ait, eiusmodi applicationem esse vim quandam in causis secundis, quae est velut esse intentionale virtutis divinae, eo modo, quo species colorum in medio dicuntur esse intentionale colorum; quae quidem vis, ut inquit, est quipiam superadditum virtutibus causarum secundarum, et tamdiu in illis est, quamdiu ipsae suas efficiunt operationes; quibus cessantibus, continuo vim illam desinere arbitratur. Hoc tamen *commentitium* plane est, nullaque ratione fulcitur, et res frustra multiplicat.“

„*Secundum*, quod mihi difficultatem parit, est, quod iuxta hanc Divi Thomae doctrinam, Deus non concurrit immediate immediactione suppositi ad actiones et effectus causarum secundarum, sed solum mediate, mediis scilicet causis secundis. Etenim tam virtutes causarum secundarum, quas Deus confert et conservat, *quam etiam motus et applicatio earum*, in ipsismet causis secundis sunt: quare si Deus his tantum rationibus concurrit, profecto non influit immediate immediactione suppositi in actus et effecta causarum secundarum. Licet autem Ferrariensis loco citato id admitat, contrarium tamen probare videntur efficaciter, quae hac et praecedente disputatione aduersus Durandi sententiam dicta sunt, ut iam nunc patebit.“

Deinde Molina suam, a doctrina s. Thomae alienam ipso fatente, sententiam statuit (*l. c. Antv. 1595, p. 111*):

„Dicendum itaque est, Deum immediate immediatione suppositi concurrere cum causis secundis ad earum operationes et effectus, ita videlicet, ut quemadmodum causa secunda immediate elicit suam operationem, et per eam terminum seu effectum producit; sic Deus concursu quodam generali immediate influat cum ea in eandem operationem, et per operationem seu actionem terminum illius atque effectum producat. Quo fit, ut concursus Dei generalis non sit influxus Dei in causam secundam, quasi illa prius eo mota agat, et producat suum effectum, sed sit influxus immediate cum causa in illius actionem et effectum.“

Deinde S. Thomam praeter locum citatum forsitan sibi favere putat Molina, et citat *Caietanum* et *Scotum*: „Quicquid autem sit de loco illo paulo ante citato, forte neque Divus Thomas a nobis dissentit“ (*l. c.*, p. 111)

In fine disputationis dicit Molina, Deum et causam secundam esse causam integrum effectus sicut duo trahentes navem: *L. c.*, p. 114: „... At cum dicimus, neque Deum per concursum universalem, neque causas secundas esse integras, sed partiales causas effectuum, intelligendum id est de partialitate causae, ut vocant, non vero de partialitate effectus: totus quippe effectus et a Deo est, et a causis secundis; sed neque a Deo, neque a causis secundis, ut a tota causa, sed ut a parte causae, quae simul exigit concursum et influxum alterius: non secus ac cum duo trahunt navem totus motus profiscitur ab unoquoque trahentium, sed non tanquam a tota causa motus ...“

(*L. c.*, p. 114.) „Ex dictis praeterea intelligetur, quando causae subordinatae sunt inter se, ita ut aliae sint magis, aliae minus universales, aliae particulares, necesse non esse, ut superior in eo ordine semper moveat inferiorem, etiam si essentialiter subordinatae sint inter se, et a se mutuo pendeant in producendo aliquo effectu: sed satis esse si immediate influat in effectum.“

Cum Molina veteres e Societate Iesu doctores in interpretanda S. Thomae doctrina de applicatione creaturarum consenserunt, ut Ioannes Azor († 1603; *Dummermuth* 1, p. 738—741), v. n. 119. Martinus Becanus († 1624; *l. c.* 733—735), v. n. 122, 2. Robertus Bellarminus († 1621; *l. c.* 732), v. n. 263. *Conimbricenses* (*l. c.* 56, 234, 733), v. n. 268b. Henr. Henriquez († 1608), v. n. 281. Bened. Pererius († 1610; *l. c.* 735—738), v. n. 189. Franc. Suarez († 1617; *l. c.* 729—732), v. n. 308f. Franc. Toletus († 1596; *l. c.* 686—699), v. n. 219. *Ratio studiorum SJ* (1585; *l. c.* 741—749), v. n. 300a

II. De scientia media ita loquitur Molina in *Concordia*, q. 23 a 4 et 5, disp. 1, membro ultimo, in quo „traditur ratio conciliandi aliqua ex parte Patres, exponendique sacras scripturas, quae de praedestinatione loquuntur, sententiaque auctoris magis adhuc explanatur“ (Antv. 1595, p. 385):

p. 386 dicit Molina, sententia S. Augustini de praedestinatione gratuita multos perturbatos esse, indoctos et doctos, praesertim in Gallia. S. Prosper narrat in sua ad Augustinum epistula, „pene omnium par invenitur et una sententia, qua propositum et praedestinationem Dei secundum *praescientiam*¹ receperunt, ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumeliae fecerit, quia finem uniuscuiusque *praevidenter*,

¹ i. e. scientiam medium Molinae.

et sub ipso gratiae adiutorio, in qua futurus esset voluntate et actione praescierit“ (p. 386; *Migne*, PL 44, 953). Fatetur deinde Molina (*l. c.*): „Sententiam vero Augustini secutus est *Divus Thomas* et post eum plerique Scholasticorum.“

p. 387. „Nos pro nostra tenuitate rationem totam conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, praescientia et praedestinatione... sequentibus principiis... inniti iudicamus: quae si data explanataque semper fuissent, forte neque *Pelagiana* haeresis fuisse exorta; neque *Lutherani* tam impudenter arbitrii nostri libertatem fuisse ausi negare, obtendentes, cum divina gratia, praescientia et praedestinatione cohaerere non posse; neque ex *Augustini* opinione, concertationibusque cum Pelagianis, tot fideles fuisse turbati, ad Pelagianosque defecissent...“

p. 387. „Primum principium ac *fundamentum* est modus ille divinitus influendi, tam per concursum generalem ad actus liberi arbitrii naturales...“

p. 388. „Tertium est: *Praescientia illa media* inter scientiam Dei liberam et mere naturalem, qua... ante actum liberum suae voluntatis cognovit Deus, quid in unoquoque rerum ordine per arbitrium creatum esset futurum... Atque ex hoc principio... ostendimus libertatem creati arbitrii cum divina praescientia cohaerere.“

p. 288b „... Neque... dubito, quin ab *Augustino* et ceteris Patribus unanimi consensu comprobata fuisse haec nostra de praedestinatione¹ sententia, ratioque conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, praescientia et praedestinatione, si eis proposita fuisse... (p. 389) haec nostra ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina praedestinatione & *nemine*², quem viderim, *hucusque tradita*...“

Scientiam medium excogitavit Molinae magister Petrus *Fonseca* SJ qui tamen eam ante Molinam non evulgavit, „ne hac ratione novum aliquid fortasse induceretur...“. Tom. 3 Metaph., 1. 6 c. 2 q. 4 sectio 8 *Dummermuth* 1, 750.

Annat n. 116. Arrubal n. 118. Bécanus n. 122. Fonseca n. 274 Fourmestraux n. 142c. Frins n. 143a. Herice n. 153. Meyer Liv. n. 293 Régouon n. 301a.

Alvarez n. 260. Azor n. 119. Bañez n. 121. Baronius n. 262b. Cf. Bécanus n. 122. Cf. Bellarminus n. 263. Brias n. 125. Büttner n. 126a. Del Prado n. 269b. Dummermuth n. 15a. Henríquez n. 281. Lemos n. 286a. Lucaci n. 289a. Macedo n. 290. Massoulié n. 292.

¹ *gratuita* quoad hoc, „quod Deus hunc potius ordinem rerum, quam alium voluerit creare, et in eo haec potius auxilia, quam alia conferre, cum quibus praevidebat hos et nos illos, pro libertate sui arbitrii perventuros in vitam aeternam“ (p. 388); *non gratuita* in illo ordine semel electo, quia voluntas praedestinaldi „pendens fuit ex eo, quod unus potius usus, quam aliis, pro libertate arbitrii eorum esset futurus... Atque ex hoc capite diximus dari rationem praedestinationis adulorum ex parte usus liberi arbitrii praevisi“ (p. 388). Ita Molina in quarto principio.

² Proposita fuit in epistula s. *Prosperi*, ut supra, sed. s. *Augustinus* eam respuit. V. *Philippeau*, n. 192b.

³ aut sancto Patre aut theologo scholastico. V. *Henríquez*, n. 281; *Typhanius*, n. 218a.

Peña n. 298. Pereyra n. 189. Philippeau n. 192b. Reginaldus n. 301. Ricardi n. 303. Serry n. 308. Tiphaine n. 218a. Cf. Toletus n. 219.

- 294 *Montesinos*, Ludovicus de († 1621), *Commentaria in 1 II D. Thomae . . . Compluti 1621 s. fol. 2 t. Antonio II*, 54. *Hurter III³*, 666 s. Br. M. 3845. e.

- 295 Cf. *Noris* (Norisius), Henricus, OSA, Card. (1631—1704, 1674 Prof. d. Kircheng. in Pisa, 1692 Bibliothekar der vatikanischen Bibliothek, 1695 Kardinal, überaus eifrig im Studium.) 1. *Historia Pelagiana*. — 2. *Dissertatio historica de synodo quinta oecumenica*. — 3. *Vindiciae Augustinianae*. Alle 3 Schriften zusammen: *Patavii 1673. Lipsiae, 1677, fol. etc. Hurter IV³*, 855—862. *KL IX*, 497, 498. *KlHl II*, 1160.

Die *Historia pelagiana* wurde des Bajanismus und Jansenismus bezichtigt und hatte eine Menge Gegenschriften zur Folge, wurde aber vom heiligen Offizium mit keiner Zensur belegt.

Opp. omnia, ed. fratres *Ballerini*, Veronae 1729—1733, 4 t. Ein 5. Bd. enthält u. a. 204 Briefe.

Die *Vindiciae Augustinianae* sind abgedruckt bei *Migne*, PL 47, 571—882. Das Verzeichnis der von Noris bekämpften Augustin s-gegner, im 9. und letzten Kapitel; ebenda 881, 884. Es sind u. a.: Adamus Joannes, SJ. Annatus Fr., SJ. Arriaga Rod., SJ. Cornelius a Lapide, SJ. Labbe Philippus, SJ. Maldonatus, SJ. Mariana Ioann, SJ. Molina, SJ. Moraines Antoninus. Pererius, SJ. Petavius, SJ. Rainaudus Theoph. Roberti Ioann. Sirmendus Iac., SJ. Greg. de Valentia, SJ. Vasquez Gabr., SJ.

- 295a *Oviedo*, Petrus de, O. Cist., v. n. 185a.

- 295b *Pacheco*, Didacus de Silva, OSB, v. n. 186.

- 295c **Padilla*, Antonius de, SJ (1554—1611). 1. *De efficacia gratiae, Conciliorum et ss. Patrum auctoritatibus firmatum*. Valladolid. — 2. *Commentaria in 2 II Divi Thomae*. 4^o. — 3. *De sacramento Poenitentiae*. 4^o, 2 t. 1586. Cat. Salamanca. — 4. *Brevis resolutio eorum quae latius disseruntur in controversia P. Antonii de Padilla, et in tractatu P. Francisci Suarez, de concursu et efficaci auxilio Dei ad actus liberi arbitrii necessario, circa quod fere tota controversia in eo sita est*. Rom, bibl. Ang. 883, s. XVII, f. 36—49. — 5. *De efficacia gratiae et motionis divinae circa actus humanos*. Rom, bibl. Ang. 885, f. 21—28 et 1—208, s. XVII. VI, 77 s., A, B, C, D. Cf. *Antonio*, I, 148.

- 296 *Pallavicino, Sfortia, SJ* († 1667), *Disputationes in primam secundae D. Thomae. Lugduni, 1653. VI, 126, 20. Hurter, IV³, 196.*
- 297 *Paludanus, Michaël, OSA* († 1652), *Commentaria in I II de beatitudine, q. 1—6. Lovanii, 1664, fol. (Br. M. 3558 h.). Hurter III³, 957 s.*
- 297a *Paquet, Ad. Al.*, v. n. 41.
Die 6 Bände erschienen in 2. Auflage Rom 1905—1910.
- 297b Cf. *Paulus, V.* (1605—1621) ita iudicavit de sententia thomistica circa gratiam efficacem in conclusione Congregationum de auxiliis.
Ex autographo Pauli V. (*Schneemann, Controversiarum ... [1881]* p. 291):
 ,Noi: che In gratia del Signore il Concilio ha definito che necessarium sit, quod liberum arbitrium moveatur a Deo... l'opinione de' Dominicani è molto diversa da Calvino, perchè i Domenicani dicono che la gratia non destruit, sed perficit liberum arbitrium et fa che l'homo operetur iuxta modum suum, i. e. libere...‘
- Bellarminus* contrarium censuerat (l. c., p. 290):
 ,che l'opinione della predeterminazione fisica è di Calvino et Luther...‘
- Similiter *Du Perron* censuerat (l. c., p. 290):
 ,che l'opinione della predeterminazione sarà accettata e sottoscritta dagli heretici per bene etc., che Calvino l'enunziò in sensu supposito, et in sensu supposito la dannava il Concilio Tridentino, dicendo nude che l'homo potest abjicare gratiam;¹ ...‘
- Der Papst ist anderer Ansicht über das Verhältnis der thomistischen Lehre zu Calvin, indem er sagt: sie ist sehr verschieden von Calvin, molto diversa dal Calvino, was der Papst auch im Sinne der Thomisten begründet.

Nos: In gratia Domini Concilium definivit, quod necessarium sit, quod liberum arbitrium moveatur a Deo... opinio Dominicorum est multum diversa a Calvino, quia Dominicani dicunt, quod ,gratia non destruit, sed perficit liberum arbitrium' et facit, ut ,homo operetur iuxta modum suum, i. e. libere...‘

quod opinio praedeterminationis physicae est Calvini et Lutheri...‘

quod opinio praedeterminationis erit acceptata et subscripta ab haereticis libenter etc., quod Calvinus eam enuntiavit ,in sensu supposito' et ,in sensu supposito' eam damnavit Concilium Tridentinum, dicens nude, quod ,homo potest abjicare gratiam; ...‘

¹ Hoc nude etiam Thomistae dicunt.

Auf den Schreckschuß von der Übereinstimmung der physischen Vorausbewegung mit Calvin hatte schon *Thomas de Lemos* OP in der *Congregatio de auxiliis* erwidert, daß Calvin bezüglich der Bejahung der aus sich wirksamen Gnade mit der katholischen Wahrheit übereinstimme, von ihr aber in der falschen Folgerung abweiche, daß sie die Freiheit aufhebe. Darum stimmten die Thomisten in der Behauptung der aus sich wirksamen Gnade nicht mit Calvin überein, sondern mit der katholischen Kirche. *Lemos*, Acta, p. 1223, 1224:

Itaque in hac propositione, quae docet efficaciam auxilii gratiae ex se solo esse independenter a voluntate creata, Calvinus non erravit, sed cum veritate sensit. Erravit autem, quia ex hoc antecedente de fide contra Pelagianos, ipse intulit laedi aut tolli hominis libertatem. Quod si ipse praedicando efficaciam divinae gratiae independentem ab homine, similiter teneret, illam non destruere, sed causare et perficere libertatem, nullo modo in hac materia erraret; sed in hac parte ita catholicam veritatem teneret, sicut Augustinus ipse. Ac proinde, cum discipuli S. Thomae praedicant efficaciam auxilii gratiae independenter ab homine, non cum Calvino conveniunt, sed cum ipso Augustino, et cum catholica veritate.

Darum habe auch das Konzil in Trient das eine als wahr definiert, das andere als Irrtum verurteilt. *Lemos*, Acta, p. 1043, 1044:

Igitur Concilium ex duobus quae Calvinistae dicebant; alterum verum, quod, videlicet, liberum arbitrium sit vere a Deo motum; alterum falsissimum, quod taliter motum libertatem non haberet: illud verum firmat, et docet contra Pelagianos, dicens: liberum arbitrium esse a Deo non solum excitatum moraliter, sed vere et active proprie motum: alterum vero falsum condemnat, cum dicit: si quis dixerit, liberum arbitrium ita a Deo excitatum et motum nihil cooperari Deo excitanti atque vocanti; anathema sit.

Von späteren Päpsten haben sich in ähnlichem Sinn, als Paul V., geäußert: Clemens XI. (n. 266), Benedikt XIII. (n. 263a), Benedikt XIV. (n. 263b). — Ricardi (n. 303).

- 297 c *Pedrosa*, Petrus Cornejo de, O. Carm., v. n. 42.
- 297 d *Pègues*, Thomas, OP, *Commentaire...* (n. 43), t. VII—IX.
- 298 *Peña* (Pegna, Penia, Pena), Franciscus (c. 1540—1612. domo Aragonius, ex oppido Villaroya de los Pinares prope Caesare augustam, iurisconsultus ac theologus e Valentia schola, cuius scientiae professorem exiunium Ioannem Blasium Navarrum [Antonio I, 662] adeptus est ibi praeceptorem. A Philippo II. Rotae Romanae auditor designatus, cuius postea decanus fuit, munere isto integerrime et magna doctrinae atque eruditionis celebritate functus est. Ne cursum officiorum erga Romanam ecclesiam interrumperet, canonizatum Caesaraugstanum prius, dein episcopatum Albarrazinensem repudiavit. Ob hanc temperantiam a rege catholicō pensionibus opimis ditatus est, maioreque apud eum in dies gratia atque existimatione. Canonisationem Didaci Complutensis, Hyacinthi, Raymundi, Caroli Borromaei, Franciscae Romanae iudex promovit Apostolicus. Quasi a manu et studiis fuit Hispaniarum legatis. Antonio I, 457 s, qui scripta Peñae canonistica et hagiographica enarrat, omittit autem sequens:),

* „Acta Congregationum Romae habitarum super materia de auxiliis divinae gratiae, de ordine et pracepto S. D. N. Clementis papae VIII, anno 1601.“

Post haec verba manu *Thomae de Lemos* OP: „Istum librum Dominus Doctor Pena, Rotae decanus, compilavit, in quo provide plura manu eius propria scripta continentur. Ita assero ego fr. Thomas de Lemos.“

Paris, St. Geneviève 260, f. 1–121. Pap. 210 ff. 310×224 mm, s. XVII.

„Acta Congregationum . . . gratiae, primo coram censoribus theologis a sancta Sede apostolica deputatis, deinde coram felicis recordationis Clemente VIII et Paulo V, summis pontificibus. — Historiam hanc scripsit doctor Franciscus Pena, rotae decanus.“

Paris, Arsenal 462, pap. 305 ff. 224 mm, s. XVII.

Wie Frances in der Vorrede zu Peñas Rota-Entscheidungen sagt, genoß Peña das volle Vertrauen Klemens VIII., der sich seinen Rat bei den schwierigsten Geschäften erbat und ihn auch genau befolgte. Über den Verlauf der *Congregatio de auxiliis* berichtete Peña monatlich an die Inquisition nach Madrid. Im Auftrag des Königs von Spanien wurde er mehrere Mal bei Klemens VIII. und Paul V. wegen Beendigung der Gnadenstreitigkeiten vorstellig. Über die Verhandlungen der *Congregatio de auxiliis* verfaßte er ein Tagebuch. Dieses vermachte er samt vier Aktenbänden dem P. Thomas de Lemos OP, worauf des letzteren handschriftlicher Vermerk hinweist: „Libro de Monseñor Peña, que contiene varias cosas, muchas cartas, y relaciones muchísimas. acerca de la causa de los Auxilios de la Divina Gracia. El qual libro con otros cuatro mandó se me diessen a Mi Fray Thomas de Lemos, despues de sa muerte.“ Von Lemos kamen die fünf Bände in das Archiv des Dominikanergenerals. Vom Tagebuch wurden notariell beglaubigte Auszüge für römische und französische Bibliotheken angefertigt.

Daß Peña Jesuitenfeind gewesen sei (*Liv. de Meyer*, Hist. . . III, 2, 200, und nach ihm Morgott im *KL* III, 905), ist nicht erwiesen. *Serry*, Hist. Congr. de aux., Praef., § 10. — *Liv. de Meyer*, Hist. controv. . . . III, 2, 200; Hist. vindic. I, 3, 244 s. *Antonio*, I, 457 s. *Hurter*, III³, 578 s. *Schulte*, Die Geschichte der Quellen und Literatur des Kanonischen Rechts . . . III (1880), 734.

298 a *Perez*, Ant., SJ, v. n. 44.

298 b *Perez*, Hieron., OBM de Mercede, v. n. 191.

298 bb **Perez*, Sebastianus (Hispanus, prof. philos. Salmantinus, prof. Escurialensis, magister Card. Alberti Austriaci, episc. Uxamensis, 1588), Super primam Secundae S. Thomae commentaria. *Antonio* II, 283.

298 c *Perez de Menacho*, SJ, v. n. 45.

298d *Peri*, Hyac., OSB († 1733), v. n. 192.

P. Peri ist nicht, wie n. 192 gesagt wird, bei der Auffassung des Kommentars zur III. pars vom Tode ereilt worden. Demnach ist der Absatz bei n. 192: „Bei der Auffassung . . . Ad lectorem“ zu streichen.

Diese Berichtigung sowie die folgenden wertvollen Mitteilungen verdanke ich der Güte von P. Othmar Wonisch, OSB, Bibliothekar des Stiftes St. Lambrecht in Obersteiermark, dem ich hiefür den herzlichsten Dank ausspreche.

Die Stiftsbibliothek in St. Lambrecht enthält auch Peris

*Kommentare zur (I) secunda Secundae, zur (II) tertia pars und teilweise zum (III) Supplementum.

I. *Quaestiones . . . Secunda Secundae. De virtutibus theologicis. De iustitia, iure, restitutione.

Ms. XLV B. a 20 der Stiftsbibliothek St. Lambrecht.
Gr.-Fol. 224 Bll.

Fol. 1. Tractatus posthumus cl. P. Hyacinthi Perii Benedictini Lambertini authore P. Josepho Schwizen (Benedictino Lambertino). Incipit feliciter. Praefatio ad lectorem.

Fol. 3. Approbationes. Leer.

Fol. 7. Index quaestionum, articulorum, paragraphorum (der erschienenen fünf Bände) iuxta numerum marginalem, v. n. 192.

Fol. 188. Quaestionum theologicarum Divi Thomae Aquinatis Secunda Secundae, continens tractatus quatuor de virtutibus theologicis (iusticia, iure, et restitutione). Tractatus I. De virtutibus theologicis fide, spe, et charitate.

1. Fol. 18 beginnt mit dem letzten Satz der Nummer 369 des Tractatus I. In Secundam Secundae (Fol. 188). De virtutibus theologicis. Expl. . . . non vero ob revelationem divinam.

Articulus V. An revelatio universalis sufficiat ad credenda fide divina particularia sub universalis contenta. Inc. Sensus huius difficultatis est . . .

Fol. 187. Expl. . . . cunctos apices eius arbitrio humillime subiicimus. Finis. Anno 1750, 12. decembris media ante meridiem. (1250 n.)

Der Rest des Traktates „De fide“ scheint zu fehlen. Doch wäre es möglich, daß in den vielen anonymen Nachschriften (Kollegienheften), die vorhanden sind, dieser Traktat erhalten ist (P. Wonisch).

- Fol. 188 Pars II. De spe theologica. *Inc.* Cum inter divinae fidei arcana . . .
- Fol. 217'. *Expl.* . . . ad te, qui Deus misericordiarum es et totius consolationis feliciter pervenire. I. O. Gl. D. (174 n.)
- Fol. 218. Pars III. De charitate theologica. *Inc.* Deus caritas est, inquit Apostolus Ioannes . . .
- Fol. 254. *Expl.* . . . tandem in charitate perfecta erga ipsum finiamus, aeternum cum ipso, sanctissima Deiparente, S. Lamberto, S. Benedicto, S. Thoma Aquinate, omnibusque beatis caelitibus felices victuri consecramus. U. I. O. Gl. D. Finitus 21. Junii 1751 in Waldegg hora 12. in meridie. (200 n.)

Der vierte Traktat „De iustitia, iure et restitutione“ fehlt in dieser Handschrift, ist aber in der folgenden enthalten:

Ms. XLV B.b 15 der Stiftsbibliothek St. Lambrecht.
4º. 258 Bll. (Autograph.)

2. Fol. 58. Tractatus in 2. 2. D. Thomae Aquinatis a qu. 57 ad 79. De iure et iustitia. *Ine.* Perlustratis hactenus plurimis . . .

Fol. 111'. Finivi componendo die 4. Julii 1720, dictando die 13. eiusdem mensis. (Bezieht sich auf den Traktat de iure.)

Fol. 119'. *Expl.* Et haec . . . de iure et iustitia pro brevitate temporis dicta sunto. I. O. G. D. Finivi componendo die 13. Julii anni 1720. dictando vero die 22. eiusdem mensis. (592 n.)

Fol. 120. Tractatus scholastico-moralis de restitutione. *Inc.* Brevis vocula, de qua in praesentiarum tractaturi sumus . . .

Fol. 258'. *Expl.* . . . quae omnia infallibili s. Matris Ecclesiae regulae cum profundissima demissione ac resignatione subiecta volo. (1399 n.)

II. *Quaestiones . . . Pars tertia. De incarnatione. De sacramentis in genere. De Eucharistia et poenitentia.

Ms. XLV B.b 13 der Stiftsbibliothek St. Lambrecht.
4º. 116 Bll. (Autograph.)

3. Fol. 1. Tractatus in 3^{am} partem divi Thomae Aquinatis de Augustissimo Incarnationis mysterio. Proemium.

Inc. Quamvis ineffabile hoc et a saeculis absconditum mysterium . . .

Fol. 116. *Expl.* . . . ad . . . Angelici Doctoris coeterorumque nostri studii Patronorum honorem conquiescat. Finivi dictando 12. Martii 1717. (765 n.)

Ms. XLV B. a 20, wie oben.

Fol. 3'. Tractatus in 3^{am} partem D. Thomae de Augustissimo Incarnationis Mysterio. Proemium. Folgt nun der eben beschriebene, im Autograph erhaltene Traktat, jedoch nur das Proemium.

Ms. XLV B. b 15 der Stiftsbibliothek St. Lambrecht.
4^o. 258 Bll. (Autograph.)

4 Fol. 31. Tractatus in 3^{am} partem D. Th. Aquinatis a qu. 60. De Sacramentis in genere et in specie de Eucharistia. Pars prima. De Sacramentis in genere. *Inc.* Materia, quam hic disputandum assumimus, sunt Sacraenta . . .

